Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



totum corpus tuum luminosum erit. Si autem nequam fuerit etiam
corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in
te est tenebre sint. Si ergo corpus tuum luminosum fuerit non
habens aliquam partem tenebrarum: erit luminosum totum. Et sicut
lucerna fulgoris illuminabit te. De virginib. lō libri
Sapientiae laudabit anima sua. Sapientiae.
In deo honorabitur: in medio populi sui gloriabitur
Et in ecclesiis altissimi aperiet os suum. et in conspectu virtutis
illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur. et in
plenitudine sancta admirabitur. Et in multitudine electo-
rum laudem: et inter benedictos benedicetur dicens.
Ego ex ore altissimi prodiui. primogenita ante omnem crea-
turam. Ego quasi habenas non minus uaporem ha-
bitacionis meae. et quasi balsamum non mixtum odor meus.
Ego quasi terebinthus extendi ramos meos. et ramus
mei honoris et gratiae. lō libri Sapientiae.
Sapientia tangit a finem usque ad finem fortiter. et disponit omnia suauiter.
Hanc amauit et exquisiui a iuuentute mea. et quaesiui sibi
sponsam mihi assumere. et amator factus sum formae illius.
Benewolentiam illius glorificat. Contubernium habens
dei. Sed et dominus dilexit illam. Doctrix est
enim disciplinae dei. et elector operum illius. Lectio libri
Confitebor tibi domine rex et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor no-
mini tuo magno quoniam adiutor et protector factus es mi-
hi. et liberasti corpus meum a perdicione a laqueo linguae
iniquae. et a labiis operantium mendacium. Et in conspectu
astantium factus es mihi adiutor. et liberasti me se